

Veterum formula, pro iudice habeant. Ita namque ARISTOPHANES :

ἔλι κατ' ὄρθρον, ἡλιάσει πρὸς ἥλιον.
 ἢν ἐξέχει
 Si lux albicassit primula,

Ut in Heliaea ad Solem ages pro iudice 6).

Soli iustitiae, 7) qui simul veritas est, sistuntur, quotquot recte pieque docentium, decurrere vias, instituunt; per ignem hunc solidius, maiorique cum cordis voluptate eruditi, quam, qui aliis, dira scilicet, librorum inprimis, incendia passi, hoc nomine notantur, 8) aut alibi ἡλιοκάυτοις, iis, quae ad solem comburuntur, accensentur. 9) Istinc vera καθαρότης, seu puritas, prout ARISTOTELI iam tum, voce nostra εἰλικρινεῖν utenti, visum, 10) utpote quae in luce

A 2

folis

Nam Attici ei pro η enunciant. Ludit autem Aristophanes in Paronomasia, quia Heliaea a subdiali sole dicta, maximum erat forum iudiciale; Not. ad Vesp. p. 142.

- 6) ARISTOPHANES in Vespis, v. 768. seq. Ed. Kusteri p. 306.
 7) Ανατολή haec ἐξ ὕψους, Luc. I. 78. Hic est, ἥλιος vere μεσημβριάζων, Sol meridianus ex PLINII formula; ἡλιος ἡλιος, lux magna, Es. IX. 2. Mal. IV. 2. - CRAVSERI Phosphor. p. 891. 1007.
 8) SCHINDLERI prostat Dissert. Epistol. ad B. Goezium, de Theologis, eruditis per ignem, illis scilicet, quorum librariam supellectilem ignis absumpsit, V. Amoenit. literar. T. VII. p. 295.
 9) De πυρκαύτοις, & ἡλιοκάυτοις, quamque illis forte VALERII MAXIMI Ambustae, quae neque damnatae, neque absolutae fuerant, debeant accenseri, SALMASIVS egit, ad Solin. p. 590. a. B. C.
 10) Ita namque de Mundo: γῆς δὲ περιπνεομένης αὐραῖς, τὰ τε ὑπ' αὐτὴν, καὶ ὑπερ' αὐτὴν εἰλικρινεῖται, cum tellus auris perspiratur, ad sinceriores statum, cum constitutum super, subterque reducitur; prout Philosophi mentem hic eloquitur Λεξικόν